



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Canisij indefessa industria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

id adeò non negabant; vt vnum obstare Canisij quererentur, ne Euangelium ipsorum Augustus procederet. Quin etiam de grege fuit eorum, qui interaudiendam illius Disputationem erupit hanc vocem. Profectò resisti veritati non potest. Hoc ergò procacius, qui instar surdæ aspidis obturabant aures, destituti verò robore, & iusta causa, maledictis, & calumniis, & scommatis mordacibus, & scurrili petulantia, & omni genere liberalis, impudentisque artis in Iesuitas, manè que in Canisium incurrebant. Pessime quos regressos ad sanam mentem accipiebant; Et quibus poterant, inurebant turpitudinis notis, & faciebant detrimentis. Vnde fiebat, vt multi conperta fallacia Hæreticorum, neque illis committere amplius aures, animasque permittere suuissent, neque fociare se orthodoxis gloriosæ metu infamiæ, damnosisque prohibiti emolumentis auderent. Inuitabat secunda hæc aura, benedictusque adeò diuini Spiritus afflatus Mercator cælestem vt tota explicaret vela. Et quanquam iam diu supra humanam imbecillitatem labor contenderat, tamen vt aliquid noui assiduè moliretur, per Magni ieiunij tempus eius, quem ex

quimus

*Vexant reuer-  
sos ad sanam  
Ecclesiam.*

*Canisij inde-  
fessa industria.*



quimur anni, ad conciones ordinarias, quæ quaternæ in hebdomada antè solènes erant, ternas de Catechismo scholas adiecit. Placuit is labor plurimum eruditis iuxta, ac rudibus; perindeque accidit salutaris. Quippe cum essent explicatius tradita, quæ ad iustam, fructuosamque exomologesim spectant, quæ commoda è frequentandis existant diuinis mysteriis; præterea (quod in Ciuitate negotiationibus multis, ac magnis implicita præcipuè necessarium erat) quæ iustæ, quæ iniquæ contrahendarum rerû formulæ essent, multi scænebres rescidère contractus: alij malè parta redhibuere dominis; plerique aduersus eiusmodi iniuriosa negotia obfirmarunt animum. Tum verò ab longo annorum numero vitio conceptæ ad veram instauratæ normam confessiones: & deinceps, qui per foedam, impiamq; socordiam oblit, ac neglecti iacebant diuinorum mysteriorum thesauri, ac fontes, cœpti frequenter, ac religiosè adiri. Dum asperrima sæuit hyems seminu-da vrebatur gelu inopum turba Scholasticorum: nequaquam eos oblitus est misericors Pater, publica que exhortatione bona pecuniæ corrogata summa in suis membris Christum Dominum te-

*Paupertatem  
Scholasticorum  
subleuat.*